

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Lvдовici De Ponte, Societatis Iesv, Meditationvm De
Praecipvis Fidei Nostrae Mysteriis**

Vitae Ac Passionis D. N. Iesv Christi; B.V. Mariae, & aliquorum Sanctorum
Qvae Complectitvr Mysteria Diuinitatis, Trinitatis, & perfectionum Dei: ac
de beneficiis eius in homines, naturalibus & supernaturalibus

Puente, Luis de la

Coloniae, Anno M.DC.XII.

Med. 38. De Prouidentia Dei in septem Sacramentorum Institutione, ad
hominum iustificationem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-38214](#)

MEDITATIO XXXVIII.

DE PROVIDENTIA DEI
in septem Sacramentorum in-
stitutione, ad iustificationem
& salutem homi-
num.

EXCELENTIAM
suprema huius prouiden-
tia, ostendit Angelus Pro-
phete Zachariae, in figura
a aurei candelabri, quod a *Zac. 4. 2.*

vniuersalem Ecclesiam re-
fert: & lampas eius su-
per caput eius, quod est **CHRISTVS Dó-**
MINUS NOSTER, CAPUT ECCLESIA; & septem lu-
cenzæ minores super illud in circuitu, qua-
signant multitudinem omnium fidelium, ad
quaufoudas, erant etiam septem infusoria
narea, sicut vascula oleo plena, quæ represe-
nant septem Ecclesia Sacra menta, tanquam se-
ptem vascula, in quibus continetur oleum diui-
negratia in duplice finem; ad sanandum vide-
bunt nos ab omni genere culparum, & morborū
spiritualium, & ad nos corroborandos, & perfi-
ciendos in omni genere gratiarum & virtutū;
natur simus tanquam lampades splendentes & ar-
lentes coram Deo, in medio Ecclesiae eius, propter

merita

merita I E S V Christi Domini nostri; à cuius
vtraque natura, humana & diuina in una
persona unitis, fluit oleum gratiae, quam ha-
bent Sacra menta: & ut hoc exprimeretur
distinctius, vascula illa pendebant ex duabus
oliis, siue rostris lampadis maioris, qua omnia in
sequentibus punctis expendemus.

PUNCTVM I.

S. Thom. 3.
P. q. 65. a. 1. i.

PERPENDENDI sunt primò par-
ticulares fines, in quos diuina prou-
identia instituit hæc septem sacramenta,
in domo Ecclesiæ suæ. per quorum singula
breuiter discurremus.

I.

PRIMVM BAPTISMVS, est instar cuiusdam
vasis olei coelestis, ad sanandum vulnus pec-
cati Originalis: & præterea regenerat nos
in nouo Esse gratiæ, vt nouam in C H R I-
S T O vitam ducamus: in quem finem ba-
ptizati vnguntur oleo, vt sint C H R I-
S T O similes, qui interpretatur vñctus.

II.

CONFIRMATIO dirigitur ad imbecillita-
tem nostram curandam, & corroborando
nouos Christi milites in fide & gratia, quam
recepérunt: & vnguntur Chrismate, quod
conficitur ex oleo & balsamo; vt intelligatur,
debere illos strenuè pugnare aduersus hostes
sui Regis, & legis eius, & esse bonum odorem
suavitatis.

SACRA-

S A
dirig
amor
spirit
in se
dicus
leo d
serua
tus.

S A
dirig
stroru
dam
Vngi
Sama
mane

S A
est va
mum
& c
mone
dispo
nam.

S A
hiuin
clesia
minu
liis c
tiam
corpo
mini
tuoru

VI

III.
cuius
i yna
i ha-
retur
uabus
main

DE 7. SACRAMENT.

365

SACRAMENTVM EVCHARISTIAE
dirigitur contra depravatam inclinationem
amoris proprij, qui sensim consumit vitam
spiritus. Ipsa autem Eucharistia continet
in se ipsummet C H R I S T V M , qui me-
dicus est & medicina ; vngitque nos o-
leo deuotionis & latitia spirituali, ad con-
seruandam , & perficiendam vitam spiri-
tus.

SACRAMENTVM POENITENTIAE,
dirigitur ad curanda vulnera lethalia no-
strorum peccatorum actualium; & reparan-
dam vitam gratiae, quam per illa amisimus.
Vngit autem nos hoc Sacramentum sicut pius
Samaritanus, vino & oleo, ut nostra vulnera
maneant perfectè sana.

SACRAMENTVM EXTREMAE VNCTIONIS,
est vas quoddam olei, ad vngendum infir-
mum, curandumque à reliquiis peccatorum,
& corroborandum ad pugnam contra Dœ-
monem, in hora mortis; ac denique ad eum
disponendum ad ingressum in vitam æter-
nam.

SACRAMENTVM ORDINIS vngit
hiuino hoc oleo sacerdotes, & ministros Ec-
clesie, contra auersionem exiguamque ho-
minum propensionem ad res quæ sunt a-
liis communes. Quibus ministris dat gra-
tiam, ad offerendum Sacrificium pretiosi
corporis & Sanguinis C H R I S T I Do-
mini nostri, pro peccatis viuorum & mor-
tuorum , & ad ministranda reliqua sacra-

VI. Part. Med.

gg

men.

III.

IV.

V.

VI.

menta & remedia necessaria nostræ salutis.

SACRAMENTVM Matrimonij est medicina debilium, ad curandas concupiscentias carnis; ita ut Coniuges charitate coniuncti; possint absque detrimento animarum suarum generare filios; qui hæc sacramenta suscipiant; ut multiplicetur Ecclesia militans, & postea etiam triumphans. Divinam hanc & altissimam dispositionem perpendens, Deum glorificabo, quod fuerit illi curæ, prospicere nobis de tot remedijis, adeò facilibus & suauibus, adeoque proportionatis fini, in quem singula sunt instituta; ac dicam, o a Sapientia infinita, qua attingis à fine usque ad finem fortiter, & disponis omnia suauiter; gratias tibi, ob septem Sacramenta, quæ in Ecclesia tua instituisti; quibus faues, prospicisque mihi, à principio virtutem meæ, usque ad eius finem; eam dirigens dulciter & efficaciter, ut perueaniam ad æternam vitam.

PUNCTVM II.

L
S. Thom.,
p. 962. 4. 3.
Cp. 6
2 Gal. 4. 9.

CONSIDERANDA deinde est excelentia septem horum Sacramentorum, quoad suam efficaciam: non enim sene sicur Sacramenta Veteris legis, quæ a infirma erant & egena Elementa, & non faciebant quid significabant: nam hæc

sunt

sunt plena oleo & gratia, quam & significant,
& efficiunt in eo, qui debitè illa recipit.
Quare, dicente eo qui baptizat; *Ego baptizo
in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti;*
virtute huius Sacramenti, manet anima illa
mundata à peccato Originali, & a quocun-
que alio, quod ante fecisset; & dicente
Sacerdote; *Ego te absoluo a tuis peccatis,*
manet peccator ab eius liber, accepta gratia
iustificationis.

Trid. Sess.
7.can.6.

II.

P R A E T E R E A hæc Sacra menta fa-
ciunt ex attrito contritum; quia accipiens
illa peccator, cum imperfecto dolore, qui
dicitur attritio, per virtutem Sacramen-
tum accipit gratiam, supplente Sacramen-
to defectum contritionis, qui est dolor per-
fectus. Imò etiam qui communicat cum sola
attritione, cogitans tamen & sperans se esse
in gratia, eam accedit per sacramentum, &
manet iustificatus.

Trid. sup.
can.8.

D E N I Q V E omnia Sacra menta con-
ferunt gratiam ex opera operato. Nam
præter id, quod unusquisque iustorum, pro-
prijs suis actibus potest promereri, reci-
pit alios gradus gratiæ, virtute Sacra-
menti.

Q V O D totum diuina prouidentia ita di-
sposuit, tum ut nostram salutem redderet
faciliorem, supplente Sacramento exiguae
nostras dispositiones; quia multò plures dam-
menti.

gg z nareti-

narentur, si perfecta contritio, esset necessaria dispositio ad suscipiendum Sacramentum: tum ut nos abundantiori gratia & gloria ditaret, supplens his mediis defectus nostrorum meritorum, quæ verè sunt exigua. Ex quo facile cernitur, quām simus felices, qui viuimus in lege gratiæ, fruentes adeò beneuola & efficaci prouidentia; & quām meritò me animare debeam, ad frequentanda sæpius Sacraenta Confessionis & Communionis, quæ possunt pro libitu iterari. Accede anima mea, cum magno gaudio b

b *Isaia. 12.3*

c *Ioan. 4.14*

ad fontes Salvatoris, aut aquas haurias gratiarum coelestium, quibus ablucas tua peccata, & saties tua desideria, donec cfiat in te fons aquæ viuae salientis & trahentis te in vitam eternam. Amen.

PUNCTVM III.

TERTIÒ considerandū quod prouidentia diuina offerat hæc septem Sacra menta omnibus hominibus, in eo gradu & statu, quo sunt illis necessaria, aut expediunt ad eorum salutem & perfecti onem.

I.

NAM primùm omnibus peccatoribus infidelibus offert Sacramentum BAPTISMI; & peccatoribus aliàs fidelibus, offert Sacramentum PENTITIAE, nemine prorsus excluso, & propterea Propheta quidam appellat hæc Sacraenta a Fon-

tes

a *Zac. 13.1.*

tes patentes in medio Hierusalem , hoc est Ecclesiæ, in ablutionem peccatoris. Inuitat verò etiam omnes ad CONFIRMATIONEM, & sacram EUCHARISTIAM: omnibus etiam infirmis in periculo mortis Extremam offert V N C T I O N E M . Pertinet etiam ad prouidentiam diuinam, ut non desit, qui suscipiat Sacramentum Ordinis, quò sint in Ecclesia Dei ministri sufficientes ; ideoque etsi ego Sacramentum illud non suscipio ; non propterea non est mihi vtile. nam, qui illud suscipiunt, alia mihi postea Sacra menta administrant.

DE IN D E perpendam , quod hæc Sacra menta, non sint vasa vitrea vt frangan tur; sed aurea, solida, & pretiosa, quæ ad finem usque mundi perdurabunt, nunquam deficiente oleo, & gratia, quam continent, quamuis innumeris hominibus conferantur : quia fons, ex quo manat illorum virtus & liquor Cœlestis, est ipse I E S V S C H R I S T V S Dominus noster , cuius merita sunt infinita. nec possunt exhaustiri. Et sicut oleum pauperis Viduæ , propter verbum Elisæi , nunquam cessauit fluere, quam diu fuerunt vasa vacua, in quibus recipi eretur ; & in tanta copia fluxit; vt sufficeret ad soluenda debita, & vt viueret ipsa de reliquo; ita oleum diuinæ gratiæ, non cessabit ex his Sacramentis fluere, quamdiu erunt homines, qui recipere illam possint, ad soluenda debita suorum peccatorum, &

II.

ad consequendam & conseruandam vitam
gratiæ.

III.

ET in uno eodemque homine, cum ea Sacra-
menta pergit frequentare, quæ iterari pos-
sunt, continuè semperque fluit ab eis, & au-
getur gracia, quamdiu vita eius durauerit, &
vas animæ ipsius capax fuerit beneque dispo-
situm ad augmentum illud recipiendum. Gra-
tias tibi Redemptor benignissime, ob eam
prouidentiam, quam de paupere anima mea
habuisti, tot debitibus onerata; prospiciens illi
de vasibus adeò preciosis, olei plenis, quibus ea
soluere possim ita copiosè, ut etiam superflue
quo diues siam in virtutibus. Concede mihi
ita illa suscipere & frequentare, ut per ea ob-
tineam vitam æternam. Amen.

DE BAPTISMO & POENITENTIA
*npn subiiciemus hic meditationes, quia
sufficiunt positæ in Tertia & in
Quarta Parte.*

(∴)

MEDI

MEDITATIONES DE
SVPREMO BENEFICIO
Sanctissimi Sacramenti
Altaris.

PRAEMISSIS Meditationibus de Sanctissimo Eucharistia Sacramento, positis in Quarta parte, cum ageretur de mysteriis Cœnæ Dominiæ; subiiciam hic alias de eodem Sacramento, quæ est præstantissimum medium diuinæ prouidentiæ ad nostram salutem, & perfectionem, & quæ est summa sive memoriale excellenterum Dei, & beneficiorum eius: ut tam sacerdotes, quam reliqui frequenter communicantes possint hac meditationum varietate se absque fastidio præparare, vt id cum fructu perficiant,

OS SC

gg 4

MEDI-